



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Justina V. & M. 26. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

5. Sept.

s ligna
opi vi-
tro re-
manus
n, sibi
paran-
iorum
d, quia
st cur-
parric-
enibus

beccato-
tam of-
m colu:
cum re-
phrem

ANUS.

hare-
giftros
n eru-
ni, qui
n Chri-
omnia-
t. Nam
æ motu
imium,
ima ur-
dejecta,
ati, ut
ampof-
que

25. Sept.

que habitaret. Illud tamen civium bono factum, quod tellus sic mota mentes hominum non tam ad metum quam pietatem movit. Ipse Theodosius Imp. in togâ privatâ fordidus & pedes nudus dies noctesque Superos veniam sibi ac suis orabat. Inter hæc PVER innocentulus turbine raptus sublimis sub omnium & ex omnium oculis abiit, comesque huic unâ vulgi vox Kyrie eleison ivit. Hora non amplius abiit, cum eadem viâ puer redit, narratque quod à cæli Choraulis cantari audierat Trifagion. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis*, aitque vetitum esse cæli consulto quidquam his addi. Simul legatione suâ perfunctus ad musicam suam moriens abit. Interea Patriarcha voluit, ut voces auditas repereret terra, cantuque etiam ipsa cælo, quod provocaverat, responderet. Factum, & Trifagion cantatum terram firmavit trepidam; ut homines non jam certasse tantum Superis voce, sed tunc superasse videantur. *Ex Men.*

Si accipientes munera taciti & immemores fuerimus, tamquam ingrati & indigni eorum subministratione fraudabimur; ut Deum, quem beneficiis non cognovimus, malis ingruentibus requiramus, & adversis simulemur ad rogandum, qui prosperis gratiam non egimus ad fruendum. S. Maxim. de non tim. car. host.

S. JUSTINA V. & M. 26. Septembris.

AN hodie suum parentes faciant, nescio, olim parentum officium liberi etiam fecerunt. Ita JUSTINA à teneris annis Christianas leges clam edocta, docere easdem parentes cœpit. Et jam per matris ad pectus patris aditum sibi fecerat; cum hunc nutantem jam in partes Christianas

V 6

visus

visus per somnum ipse CHRISTVS impulit. Itaque brevi post mortuus pater vitam in acceptis filia tulit. Cæterum fuit è Parnasso nescio quis Aglaïdus, qui oblitus virgines esse, quas colebat, Musas, impuris amoribus extremum JUSTINAM deperibat. Sed Palladem scilicet castitatis ægide contra omnes preces & minas armatam reperit. Itur ergo ad CYPRIANVM nobilem tunc cum primis magum, & orco omnes amores contra JUSTINAM evocantur. Sed omnes faces incestæ, omnia tela unico crucis clypeo repelluntur, & totus Cupidinum exercitus ab unicâ fugatur Dianâ. Enimverò irasci hîc arti suæ, sed multò magis artis magistro cacodæmoni CYPRIANVS: & quia hîc victum palàm se fatebatur, nuntium illi mittere, jamque libros & in libris Venerem Vulcano dare, ipse Christo & JUSTINÆ adhærere. Cum hac in exilium, in carcerem, in equuleum, in bullientes à flammis sartagine, ad palum denique & secures ivit. Itaque quando hodie virgini JUSTINÆ virum magum CYPRIANVM, hoc est oviculæ lupum, junximus, an non aurea secula reduximus?
Ex Lippeloo.

illum amemus, quem amare debitum est: illum osculemur, quem osculari castitas est: illi copulemur, cui nupsisse virginitas est: illi subjiciamur, sub quo jacere supra mundum stare est: illi commemoriamur, in quo vita est. S. Paulin. ep. 4.

S. NILUS ABBAS. 26. Septembris.

Optimè omnium post conjugis mortem viduam vitam NILVS egit, quando solus jam in locis solis egit. Sed quid dico solus, quando exempli socios complures, & Cryptæ Ferratæ Abbas

im.